



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Presbyteri omnes etiam Regulares debent antea ab Episcopo Diocesano approbari, quàm sæcularium seu Monialium etiam ipsis Regularibus subiectarum audiant confessiones, n. 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Presbyteri omnes etiam Regulares debent antea ab Episcopo Diocesano approbati, quàm secularium seu monialium etiam ipsis Regularibus subiectarum audiant confessiones.

LI. Quod non tantùm de Pastoribus seu Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, eorumque Vicarijs, Capellanis, adiutoribus vel socijs intelligitur, sed & de Religiosis quorumcunque Ordinum, Societatum, & Congregationum; cum ab *a* Oecumenica Synodo Tridentina, & à fel. rec. *b* Gregorio 15. Pontifice Maximo providè cautum sit, nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi ab Episcopo Diocesano per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem obtineat. Confessarios porrò siue seculares siue regulares, etiam quomodolibet exemptos, tam ordinarios, quàm extraordinarios, ad Confessiones Monialium, etiam ipsis Regularibus subiectarum,

rum, audiendas, nullatenus deputari posse; nisi prius ab Episcopo Diocesano specialiter ad hoc idonei iudicati fuerint, & approbati.

a Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 15. b fel. rec. Gregorij Papa 15. Constitutio 18. Bullarj tom. 4.

Reuocatio omnium indultorum quibusvis Religionibus, Societatibus, & Ordinibus, quomodolibet concessorum audiendi secularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione.

LII. Quam rem fel. rec. Urbanus 8. Pontifex maximus accuratius persequens, omnia omnino reuocauit & abrogauit priuilegia, quibusuis Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus à Sede Apostolicâ quomodolibet concessa audiendi Sacramentales personarum secularium confessiones absque Ordinariorum Diocesano- rum examine & approbatione; cuius verba, plenioris cognitionis causa, hic libet adscribere.

d

2

Fel.